



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

71 Societatis Iesu à solutione decimarum est exempta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

cil. Caputaq; 378. n. 5. l. 2. in qua habetur, quod presentes ꝛ non possent renunciare privilegio in præjudicium successorum; ex hoc enim tollitur id, quod dicebatur de non usu privilegij, ultra quod cum à concessione privilegij per Paulum III. non sint lapsi ꝛ quadraginta anni; prout inter alia requiritur, Boss. in tit. de princip. n. 329. & quando adisset temporis lapsus supersunt privilegia Pij V. & Papæ Gregorij XIII. recentia, & cum illud privilegium habeat decretum irritans, per non ꝛ utum non dicitur amissum, Rot. decis. 3. de privileg. in antiq. Hoc autem eo magis, quo fuit universo ordini concessum, nam per utum aliorum monasteriorum jus istarum monialium censetur præservatum, non secus, atque jus patronatus, ꝛ quod per exercitium unius ex compatronis aliis præservatur, Abb. consil. 54. nu. 3. lib. 1. Curt. de jur. patr. vers. competentes, nu. 42. non obstat, quod in privilegio non fuerit facta mentio quasi possessionum eorum; qui decimas percipiebant, nam satis est, quod ꝛ natura exemptionis hoc habet, ut derogat juri eorum, qui illas percipiebant, Dec. cons. 115. nu. 2. Cassad. decis. 1. nu. 2. de privil. & ex his fuit resolutum monialibus exemptionem competere, donec ex bonis monasterij habeant singulæ viginti quinque ducatos, juxta privilegium Greg. XIII. inclusive, nisi obstat dispositio, cap. nuper de decim. de quo particulariter videbitur.

An autem, cap. nuper, de ꝛ decim. obstat monialibus dicti Ordinis, quin possint privilegio exemptionis ipsis concessio gaudere, puto distinguendum, aut enim exemptione gaudebant ante conc. generale sub Innoc. anno, 1215. celebrato, de quo per gloss. in eo cap. nuper, aut postea. Si ante

dictum concilium dicta exemptione gaudebant, illis etiam hodie suffragatur, si postea obtinuerunt privilegium, nisi fuerit, d. c. specialiter derogatum, dicto privilegio hodie gaudere non possunt, quia illi obstat dictum, c. nuper, ubi etiam Abb. num. 1. de decim. & ideo ꝛ Societas Iesu ultra privilegia obtenta à Paulo III. & Pio IV. Romanis Pontificibus, habuit etiam privilegium à Greg. Papa XIII. sub dat. Romæ die 1. Jan. 1578. super exemptione decimarum cum derogatione, d. c. nuper, quæ remouet omnem difficultatem, ut fuit à Rota decisum ut in decisionibus infra scriptis. Coram Bubalo Cartageni. decimarum 20. Octobr. 1578. fuit resolutum per dominos privilegium fel. rec. Pij IV. ꝛ eximere Societatem Iesu à solutione decimarum spiritualium, debitatum rectoribus parochialium ecclesiarum de jure communi. Nam quicquid sit de privilegio recolen. mem. Pauli III. verba dicti privilegij Pij III. sunt adeo universalia, & prægnantia, ut sine difficultate comprehendant etiam istas decimas spirituales, eximit enim à quibuscunque decimis prædialibus, & personalibus sub quibus verbis non est dubium, quin includantur etiam decimæ spirituales, ut latè per Dec. cons. 113. nu. 4. & seq. quia prædiales decimæ ꝛ appellantur, quæ debentur parochæ de jure divino. c. tuas nobis, & c. ex parte, de decim. & satis constat de enixa mente Papæ, nedum ex dictis verbis universalibus, sed etiam ex derogatione regulæ de non toll. jur. quæf. ex qua apparet, quod voluit aliis præjudicare, ut per Crot. in cons. 49. nu. 16. Cassad. decis. 1. de privil. Beltram. in cons. 7. n. 4. in 2. par. 3. lib. 6. & in cons. 15. col. penul. & fin. lib. 6.

Nec obstat decisio Put. 63. lib. 3. quia in illo